

Epitaphium politicum (1786).

XVIII. 3. 101

EPIGRAMMATA

N^o 201.

201.

P O L Y T Y C U M

C A R M I N E C E N T O

VEL

C E N T O N E S

V O C I T A T O

E X A R A T U M.



Lectori & perennaturæ posteritati

Sta viator - legas - perlegas - relegas.

- Virgilius. *Quo fata trahunt, retrahuntque sequamur*
Garnier. *Quid quid sponte facis, nunquam faciendo gravaris*
Manilius. *Nascentes morimur, finisque ab origine pendet*
Cornelius Gallus. *Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil*
Ovidius. *Nec quæ præterit, revocabitur unda*
Nec quæ præterit, hora redire potest.
Plato. *Unde superbit homo? cujus conceptio culpa,*
Nasci pœna, labor vita, necessitas mori.
Vulgaris. *Cum fœx, cum limus, cum res vilissima fumus*
Unde superbimus? ad terram, terra redimus
Horatius. *Virtutem incolumem odimus,*
Sublatam ex oculis quærimus invidi.
Martialis. *Nunc post fata, meum telis configite corpus,*
Audet exanimem & lepus infestare leonem.
Cicero. *Nil interest humi nè an in sublimè putrescam*
Nazianzenus. *Homini sepulchrum, est quævis terra mortuo*
Terrâ editus, terra ipse, in terram abibit.
Cnapius. *Non ulla functum cura tangit funeris*
Ovidius. *Nomine non utar, ponam pro nomine, cinis.*
Parcere personis, scelera ast mordere licebit,
Passertius. *Veni, abii; sic vos venistis; abibitis omnes.*
Annus 1786. *Vg Vens Mor It Uro sCr IpsI sIbI; VIsne?*
sItque tIbI DoCtrIna LegentI
Ovidius. *Læta olim lætus cecini, cano tristia tristis*
Conveniens operi tempus, utrumque suo est.

11983

